



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 31. Silentium vasis optimorum aromatum cooperulum; virtutum
prima, in quo & vita consistit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

*Optimus est homini lingue thesaurus, & ingēs
Gratia, quæ parcis mensurat singula membris.*

Tertiūm est, quòd ea nihil sit
tutiùs, vnde Franciscus Petrarcha
in prologo de vita solitaria inquit.
Silentio nil tutiùs his, quibus ob-
trectantium linguas euadere curæ
est. Addiderim & ego, quibus ni-
hil magis in votis est, quàm à sæcu-
li & mortis laqueis sese expedire,
& ad castra religiosorum conce-
dere, quòd ab exemplis cap. 13. &
similibus allatis, & capit 34. affe-
rendis, satis superq; elucescit. Vi-
de etiam quæ de securitate eius di-
ximus capite 24. num. 1.

CAPVT XXXI.

*Silentium vasis optimorum aromatum coop-
perculum, virtutum prima, in
quo & vita cons-
sistit.*

PRimūm est, quòd silentium sit
vasis in quo quàm plurima

*Silen-
tio nis
hil tu-
tius.*

*Silen-
tium
coop-
per-
culum
aroma-
tum.*

aroma.

aromata recondita sunt ad odorē
 & vim eorundem referuandam o-
 perculum. Quid enim cor nostrū,
 nisi virtutum omnium & odora-
 mentorum spiritualium recepta-
 culum? Quo Eccli. 24. 20. sapien-
 tia vt cinnamomum & balsamum
 aromatizās dedit suauitatem odo-
 ris; in quo est odor notitiæ Dei &
 Christi, quem 2. Cor. 2. 14. mani-
 festauit per Apostolos in omni lo-
 co. Quare & nos omnes ibidem,
 vers. 15. *Christi bonus odor sumus Deo
 in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui per-
 eunt: alijs autem odor mortis in mor-
 tem, alijs odor vitæ in vitam.* Adde
 etiam cū nobis currendum sit, vt
 cōprehendamus, curremus, Cant.
 1. 3. in odore vnguentorum Chri-
 sti. Cuius odor, Eccli. 24. 21. vt
 balsamum non mistum: quòd om-
 nes odores superat: quòd ne eua-
 poret & euanescat, omnium coo-
 perculorum optima taciturnitate

conseruandum erit. Alias vt est Eccli. 20. 3. *Sapiens in verbis seipsum amabilem facit, gratia autem fatuorum effundentur.* Vnde Seneca. Nihil æquè proderit quàm quiescere & minimum cum alijs loqui, & plurimum secum. Huc etiã spectant quæ cap. 15. num. 1. diximus. His adde quòd apud Iudæos vasa omnia desuper opercula habere debuerunt: Alioquin vt est Num. 19. 15. *Vas quòd non habuerit operculum, nec ligaturam desuper immundum erit.* Ità anima nostra nisi operiatur & ligetur silentio, munda esse minimè poterit.

Secundùm est, quòd silentium sit prima virtutum. Vnde Cato li. 1. *Virtutem primam esse puto cõpescere linguam.* Quòd cum illis, quæ diximus suprà cap. 22. num. 3. conuenit.

Tertiùm est, quòd per silentium conseruetur vita hominis,

Silentium prima virtutum.

Conseruat vitam hominis.

cùm

cùm corporalis vt patet ex cap. 11. & 13 tùm maximè spiritualis. Vnde Prou. 18. 20. *De fructu oris viri replebitur venter eius; & gemina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors & vitam manu lingue, qui diligunt eam, comedent fructus eius. Et capit. 10. 11. Os iusti, vena vite, & os impiorum operit iniquitatem. Quæ vena non facile scindenda ne spiritus euanescant. Et de perfectissima vita loquens Dauid, Psalm. 33. 13. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem & persequere eam. Similia, 1. Pet. 3. 10.*

CAPVT XXXII.

Continet vigintiocto encomia & laudes silentij & taciturnitatis ex sanctis Patribus desumptas.

PRimò omnium Ioannes Climachus septendecim tacitur-